





LECHEVALIER
de Tournon
ARIS VI



ICONES
PLANTARUM GALLIÆ RARIORUM

NEMPE INCERTARUM

AUT NONDUM DELINEATARUM

AUCTORE

AUGUSTINO-PYRAMO DECANDOLLE,

DOCT. MED., IN SCHOLA MEDICA MONSPELIENSI BOTANICES PROFESSORE ET HORTI PRÆFECTO,
IN ACADEMIA GENEVENSI PROFESSORE HONORARIO, etc.

Ce Cahier intitulé : Premier Fascicule, est le seul qui ait été publié.

A PARIS.

CHEZ DUSACQ, LIBRAIRIE AGRICOLE DE LA MAISON RUSTIQUE,
RUE JACOB, N° 26,
et chez tous les Libraires de la France et de l'étranger.

ICONES

PLANTARUM GALLIÆ RARIORUM

NEMPÈ INCERTARUM

AUT NONDUM DELINEATARUM.

ICONES

PLANTARUM GALLIÆ RARIORUM

NEMPÈ INCERTARUM

AUT NONDUM DELINEATARUM;

AUCTORE

AUGUSTINO-PYRAMO DECANDOLLE,

DOCT. MED., IN SCHOLA MEDICA MONSPELIENSI BOTANICES PROFESSORE ET HORTI PRÆFECTO, IN ACADEMIA GENEVENSI PROFESSORE HONORARIO, etc.

FASCICULUS I, CUM TABULIS 50 ÆNEIS.

PARISIIS.

1808.

PRÆMONENDA.

In Floræ Gallicæ editione tertiâ descriptiones plurimarum stirpium antè hac Botanicis ignotarum aut incertarum reperiuntur; ut harum stirpium difficilium cognitio omninò pateat, utile duxi earum icones in publicum mittere : nullo modo est in propositis meis, icones totiûs Floræ Gallicæ, opus immensum et ferè inutile, edere, sed tantum harum plantarum quæ in Botanicorum libris nondum delineatæ fuerunt aut illarum quæ iconibus et descriptionibus mancis tantum cognitæ ad dubitationes et errores in nomenclaturâ et classificatione ansam aut jam præbuerunt aut in posterum præbere possent.

Etsi præcipuus mihi scopus sit stirpium in Florâ Gallicâ descriptarum illustratio, his etiam plantas in Galliâ nuperrimè detectas adjungam : à Floræ editæ tempore nunquam in scrutandis Gallicis plantis desii : Jussu Rerum Internarum Ministri ad promovendas scientias prompti, peregrinationes in variis Galliæ provinciis anno 1806 suscepi, ut stirpes indigenas et cultas observarem et scrutarem; jam Provincias Occidentales, ut potè minus notas nempè Armoraciam, Andegaviam, Cænomanensem et Pictavinum agrum, Aquitaniam, Pyrenæos, Agrum Ruscinonensem et Occitaniam peragravi; donec generalia de Agriculturâ et Botanicâ Geographiâ in istis itineribus observata recenseam, quod tantum post omnes Galliæ provincias exploratas faciendum, nunc stirpes novas hinc indè detectas in hisce fasciculis successivè deponam.

Plantarum in Florâ Gallicâ nondum descriptarum hic non tantum iconem, sed etiam descriptionem et historiam, in Botanicorum usum edam. Quoad stirpes in Florâ jam descriptas, in hocce libro Botanici reperient tantum iconem, caracterem specificum, synonymiam selectam et locum natalem. Operam dedi ut hujusce libri Icones sint simplices simul et fideles et completæ, quod facile mihi evasit cum delineatæ fuerint à dominis Turpin et Poiteau qui Pictoris artem et Botanici scientiam felici nexu conjungunt.

CONSPECTUS FASCICULI PRIMI.

ICONES

ICONES

PLANTARUM GALLIÆ RARIORUM.

FASCICULUS PRIMUS.

POA AGROSTIDEA. Tab. 1.

Poa spiculis bifloris, panicula laxa, perigoniis tenuibus membranaceis truncatis glabris gluma minoribus, culmo basi geniculato radicante. *Syn. p.* 132. *n.* 1619*.

Aira minuta. *Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 45. *excl. syn.*

Habitat circà Nannetes in herbosis humidis secùs rivos Erdræ : hanc stirpem primus detexit Amic. Fr. Delaroche ; deinde ipse ineunte mense augusto florentem legi. ♃.

Descr. Culmus basi geniculatus, è geniculis radicans, ramosus, ramis adscendentibus, quinquenodis. Folia ut tota planta glabra, lævia, vaginâ apice margine membranaceâ, ligulâ lanceolatâ acutâ, limbo lineari acutiusculo. Flores paniculati, panicula juniore intra folium supremum subinclusa, deinde nuda expansa laxa; pedunculi graciles, geminati, in pedicellos geminatos apice subdichotomos divisi; spiculæ solitariæ, terminales, parvæ. Gluma bivalvis, valvulis æqualibus, subacutis, concavo-plicatis, margine submembranaceis, dorso purpurascentibus, altera evidenter trinervi. Flosculi bini, alio sessili, alio pedicellato : perigonium bivalve, gluma minus, membranaceum, glumis glabris, concavis, apice truncatis. Stamina 3; stigmata 2 ; semen unicum, ovoideum.

Obs. Airas muticas plerasque jam ad Poas in Flora Gallica reduxi; et enim nullum adest verum discrimen inter has et illas : jam botanici inter Poas agnoverant Poam flexuosam, P. hydrophylam, etcœt. quæ trifloræ, et etiam Poam nemoralem et P. bifloram quæ sæpiùs bifloræ sunt. Ab iis non sejungi possunt : 1°. Aira aquatica, Lin. quæ nobis Poa airoides, Fl. fr. n. 1620. 2°. Aira obtusata, Mich. quæ nobis Poa obtusata. 3°. Aira involucrata, Cav. quæ nobis Poa involucrata. 4°. Aira minuta, Lin. quæ nobis Poa minuta.

Ad hac ultimâ nempè ab aira minuta, Lin. cui primo adspectu similis et quæcum nostra stirps fuit confusa, evidenter differt. 1°. statura majori; 2°. culmo basi radicante ; 3°. glumis flosculos superantibus, altera trinervi; 4°. perigonii valvulis truncatis membranaceis.

Expl. icon. — 1. Flosculus lente auctus. — 2. Idem glumis avulsis. — 3. Folium.

LUZULA FORSTERI. Tab. 2.

Luzula foliis pilosis, corymbo subsimplici, pedunculis unifloris erectis, perigonii lobis ovato-acuminatis, capsula mucronato-acuta. *Syn. p.* 150. *n.* 1824*.

Juncus forsteri. *Smith. Fl. brit.* 3. *p.* 1395. *Engl. Bot. t.* 1293.

Habitat in nemorosis Jurassi circà pagos *Allemands* et *Cherops* dictos in partitione Dubis, ubi reperta fuit ab amic. Chaillet. ♃.

Desc. Radiculæ fibrosæ, plurimæ, è trunco subhorizontali squammoso enatæ. Caules plurimi, erecti, spithamæi et ultrà, graciles, teretes, glabri. Folia lineari-sublanceolata, acuta, pilis longis albis flaccidis ad basin imprimis onusta, ad basin plantæ conferta. Flores paniculati. Panicula terminalis, ramosa, ramis erectis, ramulis unifloris. Squamulæ scariosæ fuscæ nonnullæ ad basin florum. Perigonium scariosum, fuscum, sex-partitum, laciniis lanceolato-acuminatis. Stamina sex, perigonio paulò breviora. Ovarium ovato-trigonum, pallidum : stylus unicus, perigonio longior. Stigmata 3, papillosa, patula. Capsula trigona, mucronato-acuta, trivalvis, unilocularis, valvis medio septo longitudinali imperfecto intùs instructis. Semina 3, ima capsula adfixa, ovata, appendice membranaceo apice instructa; perispermum corneum, corculum ad basin perispermi.

Obs. Hanc stirpem etiamsi in aureo suprà citato libro jam depictam, huc recepi ut novi Luzulæ generis caracteres genericos antè oculos exhibendi occasio sit mihi data.

Expl. icon.—1. Flos expansus.— 2. Idem vix apertus et bracteolis cinctus.— 3. Capsula cum perigonio persistente. — 4. Capsula nuda. — 5. Eadem spontè dehiscens. — 6. Eadem transversè secta. — 7. Eadem arte expansa ut semina conspiciantur. — 8. Semen.

GLOBULARIA NANA. Tab. 3.

Globularia caule fruticoso prostrato ramoso, scapis nudis brevissimis, foliis ovato-spathulatis integerrimis. *Flor. franç.* 3. *p.* 429. *et Syn. n.* 2337.

Globularia nana. *Lam. Dict.* 2. *p.* 723. *Wild. Spec.* 1. *p.* 542. *Pers. Ench.* 1. *p.* 118.

Globularia repens. *Lam. Flor. franç.* 2. *p.* 325. *Berg. Fl. bass. Pyr.* 1. *p.* 109.

Globularia Alpina minima origanifolio. *Tourn. Inst.* 467.

Scabiosa bellidis folio Pyrenaica minima. *Moris. Hist.* 3. *s.* 6. *p.* 51.

Bellis cœrulea Pyrenaica frutescens minima. *Ray. Cat. ext.* 367.

Habitat in locis siccis et apricis montis Ventosi, montium Corbariensium, Pyrenæorum orientalium et etiam teste Bergeret occidentalium. ♄.

Expl. icon. — 1. Flos integer, lente auctus, bractea basi instructus. — 2. Receptaculum floribus denudatum cum involucro. — 3. Folium.

ANAGALLIS CRASSIFOLIA. Tab. 4.

Anagallis caule repente, foliis alternis subrotundis crassis subpetiolatis, pedunculis folio brevioribus. *Flor. franç.* 3. *p.* 433. *et Syn. n.* 2343.

Anagallis crassifolia. *Thore. Chlor. land. p.* 62. *Pers. Ench.* 1. *p.* 173.

Habitat in humidis depressis arenosis, secùs vias in fossis subexsiccatis, circà Aquas-Tarbellicas; sub æstatis finem hanc florentem legi. ♃.

Expl. icon. — 1. Flos integer magnitudine paululum auctâ. — 2. Fructus immaturus cum calice. — 3. Corolla fissa et expansa cum staminibus. — 4. Capsula cum calice. — 5. Capsula dehiscens. — 6. Semen.

ANDROSACE PUBESCENS. Tab. 5.

Androsace foliis oblongis planis pubescentibus, pilis simplicibus, pedunculis unifloris axillaribus terminalibusque folio brevioribus. *Flor. franç.* 3. *p.* 438. *et Syn. n.* 2352.

Aretia pubescens. *Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 11.

Androsace aretia, var. *c. Vill. Dauph.* 2. *p.* 474?

Habitat inter saxa in Alpibus Genevensibus. ♃.

Expl. icon. — 1. Folium pilos simplices ostendens. — 2. Flos. — 3. Calyx. — 4. Corolla fissa cum staminibus. — 5. Fructus immaturus. — 6. Fructus. — 7. Capsula dehiscens. — 8. Semina magn. nat. — 9. Semen auctum.

ANDROSACE CILIATA. Tab. 6.

Androsace foliis oblongis planis margine ciliato-pubescentibus, pilis simplicibus et furcatis, pedunculis folio longioribus, lobis corollæ integris. *Flor. franç.* 3. *p.* 441. *et Syn. n.* 2358.
Aretia ciliata. *Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 112.

Habitat in excelsioribus Pyrenæorum jugis propè nives perpetuos; legi florentem ineunte augusto in jugis dictis, *la Maladette*, *le port d'Oo*. ♃.

Expl. icon. — 1. Folium pilos simplices exhibens. — 2. Flos. — 3. Calyx. — 4. Corolla. — 5. Eadem fissa cum staminibus. — 6. Fructus immaturus calice retroverso. — 7. Fructus. — 8. Capsula vacua.

ANDROSACE BRYOIDES. Tab. 7.

Androsace foliis oblongis imbricatis pubescenti-pilosis, pilis simplicibus, floribus sessilibus terminalibus. *Flor. franç.* 3. *p.* 440. *et Syn. n.* 2356.
Aretia bryoides. *Lois. Fl. gall. p.* 111.

Habitat inter saxa in Alpibus Genevensibus et Galloprovincialibus. ♃.

Expl. icon. — 1. Folium pilos simplices gerens. — 2. Flos. — 3. Calyx magn. aucta. — 4. Corolla. — 5. Eadem fissa expansa stamina exhibens. — 6. Ovarium calice retroverso. — 7. Fructus. — 8. Capsula dehiscens — 9. Semina. — 10. Semen magn. aucta.

CYCLAMEN LINEARIFOLIUM. Tab. 8.

Cyclamen foliis linearibus integerrimis. *Flor. franç.* 3. *p.* 453. *et Syn. n.* 2380.

Habitat hæc singularis species in sylvis humidis dictis *les Séouves*, in Galloprovinciâ circà Draguignanum, ubi detexit cel. entom. Olivier. ♃.

Expl. icon. — 1. Corolla fissa et expansa stamina exhibens. — 2. Calyx cum pistillo. — 3. Ovarium longitudinaliter sectum.

POLYGALA MONSPELIACA. Tab. 9.

Polygala foliis lineari-lanceolatis acutis, alis calycinis oblongis capsula longioribus. *Flor. franç.* 3. *p.* 457. *et Syn. n.* 2384.
Polygala Monspeliaca. *Lin. Spec.* 987. *Gou. Flor. Monsp.* 179. *Hort.* 355. *Sauv. Monsp.* 53. *Desf. Atl.* 2. *p.* 129. *Mill. Dict. n.* 2. *Wild. Spec.* 3. *p.* 874. *Pers. Ench.* 2. *p.* 171.
Polygala annua erecta angustifolia, floribus coloris obsoleti, carneis lineis variegatis. *Magn. Monsp. bot.* 208. *Tourn. Inst.* 175.
Polygala vulgaris coloris obsoleti foliis angustissimis. *J. Bauh. Hist.* 3. *p.* 388. *Ray. Hist.* 1336.
Polygala vulgaris, var. *Ger. Galloprov.* 281. *Lam. Fl. fr.* 2. *p.* 453. *Poir. Dict. enc.* 5. *p.* 487.

Habitat in sterilibus Galloprovinciæ, Occitaniæ, Agri Ruscinonensis. Florentem mense julio reperi. ☉.

Expl. icon. — 1. Flos magn. aucta alis calycinis remotis. — 2. Idem cum alis calycinis. — 3. Capsula cum alis calycinis una tantum retroversa.

BARTSIA BICOLOR. Tab. 10.

Bartsia pubescens, caule simplici aut subramoso, foliis oppositis lanceolato-linearibus hinc inde serratis, floribus densè spicatis, corollæ labio superiore integro, inferiore trilobo, lobo medio lateralibus longiore.

Habitat in campis siccis et arenosis Insulæ Bellæ (*Belle-Ile en mer*), propè pagum *Donnan*, ubi ineunte augusto florentem et imprimis fructificantem reperi. ⊙.

Descr. Radix parva, ramosa, duriuscula. Caulis simplex aut rariùs ramosus, erectus, teres, pilis subretroflexis villosus, vix palmaris. Folia opposita, lanceolato-linearia, rariter profundèque serrata, pubescentia, patula. Flores in spicam terminalem compactam aggregati; bracteæ foliaceæ, primum ovatæ, integræ, demum ovato-rotundatæ dentatæ, semper pilis apice glutinoso-glandulosis villosæ. Calyx monophyllus, glutinoso-villosus, persistens, subbilabiatus, labio utroque bifido. Corolla monopetala, bilabiata; tubus albus, teres, subcurvus; labium superius brevius, pallidè violaceum, supernè subpubescens, concavo-carinatum, apice integrum; inferius longius, planum, album, trilobum, lobis obtusis, medio productiore, fauce bicallosa. Stamina 4, didynama, corollæ breviora, labio supero incumbentia; filamenta alba, subulata; antheræ sordidè luteæ, tomentosæ, biloculares. Ovarium ovato-compressum, viride, villosum. Stylus filiformis, albus, apice curvus. Stigma crassum, flavum, obtusè bilobum. Capsula ovata, compressa, villosa, calice cincta, bivalvis, valvis dehiscentibus apice bifidis, bilocularis, dissepimento medio seminifero. Semina numerosissima, parvula, rufa, ovato-rotunda. Tota planta per exsiccationem nigrescit.

Obs. Hæc stirps inserenda est in Flora Gallica sub n°. 2429*, post Bartsiam versicolorem à quâ differt 1°. caule humiliori subramoso; 2°. foliis omnibus oppositis, non basi tantum dentatis; 3°. corollæ labii inferioris lobo medio aliis productiore nec angustiore; 4°. bracteis brevioribus vix acutis.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Corolla longitudinaliter fissa et stamina gerens. — 3. Ovarium calice retroverso. — 4. Calyx. — 5. Calyx cum fructu immaturo. — 6. Capsula. — 7. Eadem dehiscens. — 8. Eadem transversè secta. — 9. Semen magn. aucta.

LINARIA PYRENAICA. Tab. 11.

Linaria foliis lanceolato-linearibus, inferioribus ternis quinisve, mediis oppositis, summis alternis, floribus racemosis, caule adscendente apice hirto, calcare recto. *Flor. franç.* 5. *p.* 587. *et Syn. n.* 2643.

Antirhinum Pyrenaicum. *Ramond. Pyr. ined. Pers. Ench.* 2. *p.* 156.

Antirhinum Pyrenæum. *Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 375.

Habitat in rupibus et muris circà Valletriam in Pyrenæorum vallibus. Cel. Ramond. detexit hanc stirpem quam deindè ipse in locis ab illo indicatis legi. ⊙.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Calyx et pistillum. — 3. Pistillum. — 4. Corolla fissa et stamina. — 5. Rami pars inferior.

LINARIA MARITIMA. Tab. 12.

Linaria foliis omnibus verticillatis linearibus glaucis, caulibus pluribus decumbentibus glabris, floribus subcapitatis, lobis calycinis ovato-oblongis capsula dimidio brevioribus. *Syn. p.* 232. *n.* 2644**.

Antirhinum supinum, var. *β. Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 375.

Habitat in arenosis maritimis Armoraciæ inferioris et imprimis circà Lecroisic, ubi præeunte amico Delaroche, legi florentem mense augusto. ⊙.

Desc. Linariæ supinæ valdè similis et habitu et anatomiâ; differt caulibus glaberrimis, numerosioribus, humifusis; foliis omnibus verticillatis; floribus densiùs approximatis, pallidioribus, inodoris; calcare ferè semper colorato nempè cærulescenti-purpurascente; tandem imprimis lobis calycinis capsula dimidio brevioribus dum in L. supina lobi calycini capsulam ferè adæquant.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Calyx cum pistillo. — 3. Fructus immaturus. — 4. Idem maturus. — 5. Semen. — 6. Idem magn. aucta.

LINARIA SAXATILIS. Tab. 13.

Linaria foliis lanceolato-linearibus pubescenti-viscosis sparsis, inferioribus ovatis obtusis subpetiolatis verticillatis aut oppositis, caule decumbente, floribus parvis subspicatis. *Fl. franç.* 3. *p.* 590. *excl. desc. Syn. n.* 2649.

Antirhinum saxatile. *Lin. Amœn. acad.* 4. *p.* 277. *Mant.* 416. *excl. Mor. syn. Lam. Dict.* 4. *p.* 356. *Wild. Spec.* 3. *p.* 246. *Pers. Ench.* 2. *p.* 157.

Habitat ad rupes maritimas extremæ Armoraciæ, circà *Saint-Pol-de-Léon*, *Pemarck*, et *Concarneau*, observante Bonnemaison. ⊙.

Desc. Planta pusilla, vix digiti longitudine, decumbens, multicaulis, tota pubescens et viscosa imprimis ad apicem, glabriuscula ad basin. Radix subsimplex, duriuscula. Caules teretes, subsimplices. Folia imfima ovata, obtusa, subcarnosa, glabrata, in petiolum brevem angustata, quaterna; paulò superiora opposita; alia omnia alterna lanceolato-linearia, acuta; flores parvi, lutei, subspicati, ad axillas foliorum superiorum solitarii subsessiles, ante florescentiam approximati, post eam magis distantes. Pedicelli brevissimi, pubescentes. Calyces pubescentes, monophylli, quinquepartiti, lobis subæqualibus vix acutis. Corolla flava, fauce bipunctata. Calcar breve, rectum, acutum. Labium superius bipartitum, lobis obtusis; inferius trilobum, obtusum, fauce clausa.

LINARIA ARENARIA. Tab. 14.

Linaria foliis lanceolato-linearibus acutis sparsis pubescenti-viscosis, inferioribus verticillatis oblongis obtusis, caulibus erectis numerosissimis, floribus parvis longe subspicatis.

Linaria minor viscosa flore luteo. *Moris. Bles.* 280.

Linaria maritima minima viscosa, foliis hirsutis, floribus luteis. *Moris. Hist.* 2. *p.* 499.

Antirhinum viscosum. *Aubry. Prog. Morb. an IX. p.* 49.

Antirhinum saxatile. *Bonamy. Nann. prod. p.* 69.

Habitat in arenosis maritimis Armoraciæ; ab oris Ligeris usque ad urbem *Lorient*, et præcipuè in peninsulâ *Quiberon* copiosè mense augusto florentem legi. ⊙.

Descr. Priori nimis affinis : attamen cum eâ confundere non audeo ob soli natalis differentiam, et habitum diversum; caules numerosissimi, erecti, viscido-pubescentes ut folia et calyces; folia lanceolato-linearia, acuta, sparsa; infima quaterna, oblonga, obtusa; folia floralia linearia, floribus breviora; flores parvi, breviter pedicellati, lutei, impunctati. Florum spica seu strictè racemus longus. Capsula ovato-truncata, junior lente pubescens, dehiscens in quatuor lacinias, bilocularis, septo stylum gerente. Semina parva, nigra, numerosa, compressa, margine submembranacea.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Calyx et pistillum. — 3. Capsula.

GENTIANA BILOBA. Tab. 15.

Gentiana corollis subsexfidis verticillatis, calycibus membranaceis bilobis, lobis obtusis integris æqualibus. *Flor. franç.* 3. *p.* 653. *et Syn. n.* 2766.

Habitat in Alpibus Sedenensibus Galloprovinciæ. *Clarion.* ♃.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Corolla fissa ut lobi et stamina in conspectum veniant. — 3. Calyx et ovarium.

EXACUM PUSILLUM. Tab. 16.

Exacum pusillum var. A. vide *Flor. franç.* 3. *p.* 663. *n.* 2785.
Exacum pusillum var. B. vide Tab. 16.

Habitat hæc varietas in herbosis ad ripas Erdræ propè Nannetes. ☉.

Descr. Differt à varietate A. 1°. Habitu gracillimo; 2°. colore foliorum magis glauco; 3°. pedicellis magis elongatis et floribus nunquam ad apicem ramorum congestis; 4°. florum colore roseo, nec albido. An species distincta? interea hujus elegantis plantulæ iconem huc addidi, ut Botanici dubium solvant et imprimis ut exhibeam floris fructusque anatomiam nondum ritè exhibitam.

Expl. icon. — 1. Caulis tetragoni fragmentum. — 2. Flos magn. aucta ut reliquæ figuræ. — 3. Corolla fissa stamina exhibens. — 4. Ovarium. — 5. Calyx. — 6. Capsula. — 7. Eadem transversè secta. — 8. Semina magn. nat. — 9. Eadem aucta.

ERICA CORSICA. Tab. 17.

Erica antheris aristatis, corollis ovoideis stylo subæqualibus, foliis quaternis quinisve, floribus capitato-congestis, ramulis coarctatis tenuissimo tomento albidis. *Flor. franç.* 3. *p.* 677. *et Syn. n.* 2803.

Habitat in Corsicâ. *Labillardiere.* ♄.

Obs. Affinis Ericæ strictæ et cum eâ forsan confusa ab illis qui Ericam strictam in Corsicâ spontaneam scripserunt, sed diversa 1°. foliis non horizontaliter patentibus; 2°. ramulis non glaberrimis sed tenuissimo tomento lente perspicuo albis; 3°. floribus non 4-5 sed 30-40 congestis; 4°. pedicellis pubescentibus rariùs bracteas gerentibus.

Expl. icon. — 1. Ramus cum foliis. — 2. Folium. — 3. Flos. — 4. Calyx. — 5. Corolla fissa. — 6. Genitalia. — 7. Stamen lente auctum.

CREPIS DIOSCORIDIS. Tab. 18.

Crepis foliis radicalibus lyrato-runcinatis, caulinis hastatis lanceolatis, inferioribus dentatis, caule erecto, involucris tomentosis, fructigeris subrotundo-ovatis angulosis. *Fl. franç.* 4. *p.* 40. *et Syn. n.* 2944.

Crepis dioscoridis. *Lin. Spec.* 1133. *Poll. Pal. n.* 750. *All. Ped. n.* 806. *Balb. Crep. p.* 2. *Wild. Spec.* 3. *p.* 1605. *Pers. Ench.* 2. *p.* 377.

Habitat secùs vias et locis siccis in Palatinatu, et Pedemontio; specimen depictum circà Basileas inventum fuit. ⊙.

Expl. icon. — 1. Folium inferiore. — 2. Flos. — 3. Capitulus longitudinaliter sectus ut receptaculum perspicuum sit. — 4. Involucri squama. — 5. Flosculus. — 6. Flosculus interior. — 7. Idem longitudinaliter sectus. — 8. Semen marginale cum squama adulta.

BARKHAUSIA SETOSA. Tab. 19.

Barkhausia setis in caule pedunculis involucris nervis et oris foliorum sparsis, foliis inferioribus pinnatifido-dentatis, caulinis dentatis, summis linearibus, involucri squamis exterioribus patulis. *Flor. franç.* 3. *p.* 44. *et Syn. n.* 2951.

Crepis setosa. *Hall. fil. in Rœm. Arch.* 1. *st.* 2. *p.* 1. *Sut. Fl. helv.* 2. *p.* 155. *Pers. Ench.* 2. *p.* 376.

Crepis hispida. *Waldst. Hung.* 1. *p.* 42. *t.* 43? *Lois. Fl. gall.* 1. *p.* 528.

Habitat in Alpibus ad montem Sancti-Bernhardi. ♂.

Expl. icon. Fig. marg. est folium radicale. — 1. Flos. — 2. Capitulus longitudinaliter sectus. — 3. Involucri squama extrorsum visa. — 4. Flosculus. — 5. Idem ex interioribus. — 6. Semen. — 7. Idem lente auctum.

PICRIS PAUCIFLORA. Tab. 20.

Picris caule scabro subramoso, foliis asperrimis lanceolatis denticulatis, pedunculis elongatis incrassatis, seminibus apice attenuatis. *Flor. franç.* 4. *p.* 57. *et Syn. n.* 2975.

Picris pauciflora. *Wild. Spec.* 3. *p.* 1557. *Pers. Ench.* 2. *p.* 370.

Picris sprengeriana. *Poir. Dict. enc.* 5. *p.* 310.

Picris Pyrenaica. *Gærtn. Fruct.* 2. *p.* 366. *t.* 159. *f.* 2. *Vill. Dauph.* 3. *p.* 148?

Crepis sprengeriana. *All. Ped. n.* 810.

Helminthia sprengeriana. *Gærtn. Fruct.* 2. *p.* 368.

Habitat ad agrorum margines in Pedemontio, Galloprovinciâ et forsan in Occitania et Pyrenæis. ⊙.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Capitulus longitudinaliter sectus ut receptaculum pateat. — 3. *a.* Flosculus inapertus. *b.* Flosculus expansus. *c.* Involucri squama. — 4. Semen. — 5. Idem lente auctum et squama involucri instructa.

HELMINTHIA SPINOSA. Tab. 21.

Helminthia involucri exterioris foliolis lanceolatis margine apiceque spinosis. *Flor. franç.* 4. *p.* 58. *et Syn. n.* 2977. *Pers. Ench.* 2. *p.* 370.

Habitat in Pyrenæis. *Lemonnier.*

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Involucrum internum. — 3. Capitulus longitudinaliter sectus. — 4. Involucri interioris foliolum extùs visum et sub lente auctum. — 5. Flosculus. — 6. Semen. — 7. Idem lente auctum.

CENTAUREA HYBRIDA. Tab. 22.

Centaurea involucris apice ciliato-spinosis, foliis incanis pinnatifidis, lobis integerrimis, summis lineari-lanceolatis. *Flor. franç.* 4. *p.* 101. *et Syn. n.* 3057.

Centaurea hybrida. *All. ped. n.* 593. *Wild. Spec.* 3. *p.* 2318. *Pers. Ench.* 2. *p.* 487.

Habitat circà Taurinum in pratis siccis. ♂.

Expl. icon. — 1. Folium radicale. — 2. Involucri squama. — 3. Involucri squama interna. — 4. Flosculus disci lente auctus. — 5. Flosculus externus sterilis.

CENTAUREA MYACANTHA. Tab. 23.

Centaurea involucris glabris, squamis apice corneis spinoso-dentatis, foliis sessilibus lineari-oblongis subtomentosis dentato-serratis vel basi laciniatis, caule ramoso glabro, pappis paucisetosis. *Flor. franç.* 4. *p.* 101. *et Syn. n.* 3056. *Pers. Ench.* 2. *p.* 486.

Habitat circà Parisios ultra lucum *de Vincennes. Bosc.*

Expl. icon. — 1. Folium. — 2. Involucri squama. — 3. Flosculus. — 4. Idem auctus et fissus. — 5. Flosculus exterior.

GALIUM DIVARICATUM. Tab. 24.

Galium foliis subseptenis linearibus hispidis, caule supernè ramis capillaribus dichotomis et divaricatis paniculato. *Flor. franç.* 4. *p.* 259. *et Syn. n.* 3370.

Galium divaricatum. *Lam. Dict.* 2. *p.* 580.

Habitat in siccis lapidosis circà Narbonam. ⊙.

Expl. icon. — 1. Foliorum verticillus lente auctus. — 2. Flos lente auctus. — 3. Fructus lente auctus.

GALIUM HARCYNICUM. Tab. 25.

Galium foliis subsenis obovatis acutis, caule procumbente, ramis confertis elongatis, pedunculis multifloris, fructibus glabris tuberculatis. *Flor. franç.* 4. *p.* 261. *et Syn. n.* 3376.

Galium harcynicum. *Weig. Obs. p.* 25. *Wild. Spec.* 1. *p.* 595.

Galium saxatile. *Mœnch. Hass. n.* 23. *non Lin.*

Galium caule ramosissimo foliis quinis obversè ovatis. *Hall. Gœtt.* 188. *Rupp. Jen.* 407. *Zinn. Gœtt.* 232.

Habitat in sylvis montosis circà Huningam; in Vogesis; in monte Pilato; in Pyrenæis. ♃.

Expl. icon. — A. specimen è parvulis. B. è maximis. — 1. Flos lente visus. — 2. Fructus lente auctus.

GALIUM LITIGIOSUM. Tab. 26.

Galium foliis quaternis senisve linearibus, pedunculis divaricatis capillaribus subtrichotomis, fructu hispido, caule gracili simplici aut ramoso. *Flor. franç.* 4. *p.* 263. *et Syn. n.* 3382.

Galium

Galium parisiense. *Lin. spec.* 157. *excl. Ray. syn. Gou. fl. Monsp.* 12. *Wild. Spec.* 1. *p.* 599. *Pers. Ench* 1. *p.* 128.

Habitat in campis lapidosis circà Monspelium legi florentem mense aprili in loco dicto *Garrigue de Fontfrède*. ⊙.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Fructus. — 3. Foliorum verticillus. Omnia lente aucta. Figura sinistra exhibet specimen maximum; dextera varietatem nanam hujus plantæ.

MEDICAGO GLOMERATA. Tab. 27.

Medicago pedunculis racemosis, leguminibus contorto-cochleatis pubescentibus, foliolis integerrimis apice emarginatis, caulibus erectiusculis. *Flor. franç.* 4. *p.* 540. *et Syn. n.* 3901. *Pers. Ench.* 2. *p.* 356.

Medicago glomerata. *Balb. elench.* 93.

Habitat in montibus Tende propè Barra. *Balbis*. ♃.

Expl. icon. — 1. Folium lente auctum. — 2. Flos. — 3. Calyx. — 4. Petala expansa et segregata. — 5. Genitalia.

MEDICAGO SUFFRUTICOSA. Tab. 28.

Medicago pedunculis racemosis petiolo duplò longioribus, leguminibus pubescentibus subspiralibus, foliolis ovato-rotundatis subintegris, caulibus prostratis suffruticosis. *Ramond in Flor. franç.* 4. *p.* 541. *et Syn. n.* 3902. *Pers. Ench.* 2. *p.* 356.

Habitat in Pyrenæis circà Valletriam ubi primus detexit cel. Ramond et ad pagum Eynes inquo ipse legi florentem mense julio. ♃.

Expl. icon. — 1. Folium mag. aucta. — 2. Flos magn. aucta — 3. Calyx. — 4. Genitalia. — 5. petala expansa et segregata.

TRIGONELLA HYBRIDA. Tab. 29.

Trigonella leguminibus 3-4 pedunculatis compressis glabris stylo hamatis trispermis, foliolis cuneiformibus subintegris glabris. *Flor. franç.* 4. *p.* 550. *et Syn. n.* 3924. *Pers. Ench.* 2. *p.* 355.

Trigonella hybrida. *Pourr. act. Toul.* 3. *p.* 331.

Habitat in montibus Corbariensibus circà *Saint-Paul-de-Fenouilhèdes. Pourret.*

Expl. icon. — 1. Flos magn. aucta ut sequentes. — 2. Calyx. — 3. petala expansa et segregata. — 4. Stamina. — 5. Pistillum.

LOTUS PARVIFLORUS. Tab. 30.

Lotus totus molliter hispidus, capitulis dimidiatis, leguminibus oblongis compressis brevibus 3-5-spermis, calycibus corollam æquantibus, bracteis monophyllis.

A. Caulibus erectis.

Lotus parviflorus. *Desf. Fl. atl.* 2. *p.* 206. *t.* 211. *Wild. Spec.* 3. *p.* 1354. *Pers. Ench.* 2. *p.* 354.

B. Caulibus prostratis. Tab. 30.

Lotus hispidus. *Flor. franç.* 4. *p.* 556. *excl. syn. et Syn. n.* 3937, *non Pers. nec Lois.*

Habitat var. B in Corsicâ. Var. A in Barbariâ et nondum in Galliâ lecta. ⊙.

Expl. icon. — 1. Folium cum pedunculo et bractea. — 2. Flos. — 3. Calyx. — 4. Genitalia. — 5. Petala expansa. Omnia magnitudine auctâ.

PHACA GLABRA. Tab. 31.

Phaca caule ramoso prostrato, foliolis ovato-lanceolatis, florum alis integerrimis, leguminibus glabris ovoideis. *Flor. franç.* 4. *p.* 563. *et Syn. n.* 3951.
Phaca glabra. *Clar. Bull. phil. n.* 61. *Decand. Astr. p.* 48. *Pers. Ench.* 2. *p.* 331.
Phaca gerardi. *Vill. Dauph.* 4. *p.* 474?

Habitat in Alpibus Galloprovinciæ. ♃.

Expl. icon. — 1. Flos. — 2. Petala expansa et segregata. — 3. Calyx. — 4. Genitalia. — 5. Legumen transversè sectum. — 6. Stipulæ cum basi folii.

LATHYRUS SPHÆRICUS. Tab. 32.

Lathyrus pedunculis unifloris aristatis stipulis brevioribus, cyrrhis diphyllis simplicissimis, foliolis ensiformibus, seminibus sphæricis. *Flor. franç.* 4. *p.* 580. *et Syn. n.* 3988.
Lathyrus sphæricus. *Retz. Obs.* 3. *p.* 39. *Wild. Spec.* 3. *p.* 1081.
Lathyrus coccineus. *All. Ped. n.* 1222.
Lathyrus axillaris. *Lam. Dict.* 2. *p.* 706.
Lathyrus setifolius. *Gou. Hort. Monsp. p.* 368.
Lathyrus flore coccineo. *Ray. Hist.* 896. *n.* 17.
Lathyrus foliis angustis, floribus singularibus coccineis. *Seg. Ver.* 2. *p.* 82.

Habitat in arvis siccis et lapidosis Galliæ australis. ⊙.

Expl. icon. — 1. Flos magn. paulo aucta. — 2. Calyx. — 3. Petala. — 4. Genitalia. — 5. Legumen cum stipula et folio, apice valvula avulsa ut semina conspiciantur. — 6. Semen cum hylo, micropylo et omphalode conspicuis.

VICIA PYRENAICA. Tab. 33.

Vicia leguminibus sessilibus solitariis, foliis 3-6-jugis, foliolis cuneato-ovatis truncatis longè mucronatis, stipulis maculatis semi-sagittatis. *Flor. franç.* 4. *p.* 595. *et Syn. n.* 4022.
Vicia Pyrenaica. *Pourr. Act. Toul. p.* 333.

Habitat in Pyrenæis imprimis orientalibus, ubi post Pourretium et Ramondium reperi florentem mense julio, inter gramina et rhododendra radice repentem et fructibus subterraneis certò destitutam. ♃.

Expl. icon. — Flos magn. nat. — 2. Calyx. — 3. Petala. — 4. Genitalia. — 5. Stipulæ cum folii basi.

FUMARIA CAPREOLATA. Tab. 34.

Fumaria caule ramoso scandente, foliis triternatis, foliolis obovato-cuneatis incisis, petiolis partialibus cyrrhoso-convolutis. *Flor. franç.* 4. *p.* 639. *et Syn. n.* 4101.
Fumaria capreolata. *Lin. Spec.* 985. *Gou. Hort.* 354. *Smith. Fl. brit.* 751*. *Wild. Spec.* 4. *p.* 868. *Pers. Ench.* 2. *p.* 270.
Fumaria viticulis et capreolis plantis vicinis adhærens. *C. Bauh. Pin.* 143. *Magn. Bot. Monsp.* 101. *Tourn. Inst.* 422.

Fumaria major scandens flore pallidiore. *Ray. Hist.* 405.
Fumaria officinalis, var. *Huds. Angl.* 309. *Ger. Gallopr.* 293.

HABITAT in dumetis et sepibus Galliæ australis. ⊙.

EXPL. ICON. — 1. 2. Flos. magn. nat. — 3. Genitalia. — 4. Fructus. — 5. Idem cujus pars superior derasa. — 6. Semen. — Flores solitò laxiùs racemosi quam in icone.

HESPERIS PARVIFLORA. Tab. 35.

Hesperis foliis oblongis obtusis subsinuatis tomentosis, siliquis pubescentibus, rostro brevi glabro acuto. *Flor. franç.* 4. *p.* 654. *excl. syn. Syn. n.* 4131. *Lois. Fl. gall.* 2. *p.* 414. *t.* 11.

HABITAT in maritimis arenosis Corsicæ, Galloprovinciæ et Agri Ruscinonensis. ⊙.

EXPL. ICON. — 1. Flos magn. aucta ut in icone ipsiùs plantæ. — 2. Calyx. — 3. Genitalia. — 4. Semina magn. nat. — 5. Semen lente auctum.

ERYSIMUM VIRGATUM. Tab. 36.

Erysimum foliis lanceolatis subdentatis, siliquarum erectarum strictarum pilis radiato-flocculosis, caule ramoso virgato stricto. *Flor. franç.* 4. *p.* 660. *Syn. n.* 4144.
Erysimum virgatum. *Roth. Cat.* 1. *p.* 75.
B. Erysimum longisiliquum. *Schleich. Cent.* 3. *n.* 69.

HABITAT circà Genevam. *Schleicher.* ♂.

EXPL. ICON. — 1. Flos. magn. aucta. — 2. Petalum. — 3. Genitalia. — 4. Siliqua junior.

SISYMBRIUM TARAXACIFOLIUM. Tab. 37.

Sisymbrium foliis runcinatis, inferiorum laciniis ciliatis, superiorum laciniis linearibus nudis, caule simplici, siliquis declinatis. *Flor. franç.* 4. *p.* 670. *Syn. n.* 4168.

HABITAT in agris montanis Galloprovinciæ. *Clarion.*

